



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 52. Alexandria de paleis conditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

§. LII.

Sæcul. XII.  
A.C. 1168.*Alexandria de paleis conditur.*

Imperatoris fuga Longobardiæ civitatis, contra ipsum foederatis, ingen tem in modum animos addidit; nec satis eis fuit Mediolanum restaurasse, sed novam urbem in provinciæ suæ aditu condere statuerunt, quæ primos, si Germani ingruerent, hostis assultus armis exciperet. Nec segniter quod placuerat, prima die Maji, anno millesimo centesimo sexagesimo octavo exsecuti sunt, urbemque, ut Summi Pontificis nomini honorem haberent, Alexandriam appellauunt, quæ primo originis suæ anno quindecim millia civium arma gerentium numeravit. Anno sequente Consules Papam Beneventi commorantem adeuntes, ipsi proprietatem urbis suæ obtulerunt, eamque Ecclesiæ Romanæ vestigalem effecerunt. Ceterum novellam urbem Cœsarei milites per lusum Alexandriam *de paleis* dixerunt; ætam tamen tulit, & hodie dum inter urbes Ducatus Mediolanensis non ignobilis visitur.

Interea Guido Cremensis Antipapa, *II. ep. 60*  
huc usque Romæ ad S. Petrum versatus,  
fato functus est, hoc anno millesimo cen-  
tesimo sexagesimo octavo, vigesima Se-

Rr 4 ptem-

**Sæcul. XII** ptembbris, postquam annos quatuor &  
A.C. 1168. menses quinque Paschalis III. Papa a suis  
**Chro. Jo. de** dictus fuisse. Sectatores ejus joannem  
**Cece Gerv.** Abbatem Strumensem, electum Episco-  
**1168.** pum Albanensem, mortuo Guidoni su-  
**Sup. n. 7.** fectum Callistum III. appellarunt, quo  
nomine annis decem gloriatus est.

## §. LIII.

*Manuel Imperator Nuncios ad Alex-  
xandrum Papam mittit.*

**An. ap. Bar.** Sub idem tempus, quo Guidonem Cre-  
an. 1170. mensem mors abstulit, Legati Man-  
**Sup.** nuelis Imperatoris Constantinopolitani  
ad Alexandrum Papam pervenient man-  
data afferentes illis similia, quibus ante  
annos ferme duos Nuncios suos instru-  
xerat. Nempe ex Purpuratis Imperii  
Græcorum aliquis, assumta Apocryfarii  
dignitate, Beneventi in Alexandri Papæ  
conspectum prodiit, maximam argenti  
copiam profudit, & nomine Manuels  
Domini sui omnis generis auxilia adver-  
sus Fridericum pollicitus, etiam effectu-  
rum se promisit, ut Ecclesia Græca Ro-  
manæ uniretur, id unum postulans;  
Papa coronam Imperii Principi suo im-  
poneret.

Alexander Papa, Cardinalibus & No-  
bilibus Romanis ad consilium adhibitis,  
respondit: *Gratias Imperatori Domino*

tuo